N ihil pretio par ſit filio dum parceret
R econciliare facilius ut poſſet domum
E mit hoſce de preda ambo de queſtorib;
H iſce autem inter ſe ſe confixerunt dolum
Q uo pacto iſ ſeruoſ ſuum herum hinc amittat domum
I taq; inter ſe ſe cōmutant ueſtem & nomina
I llic uocatur philocrates hic tindarus
h uius illic. hic illius hodie fert imaginem
E t hic hodie expediet hanc docte fallaciam
E tiam ſuum herum faci& libertatiſ compotem
E odemq; pacto fratrem ſeruabit ſuum
R educemq; faciet liberum in patriam ad patrem
I mprudenſ itidem & ſepe iam in multis locis
P lus inſciens qſ fecit quam prudenſ boni
S ed inſcienteſ ſua ſibi fallacia
I ta compararunt & confinxerunt dolū
I taq; hi comenti de ſua ſententia
V t in ſeruitute hic ad ſuū maneat patrem
I ta nunc ignoranſ ſuo ſibi ſeruit patri
H omunculi q̄ti ſt̄ quom rem cogito
H ec reſ agetur nobiſ. uobiſ fabula.
S ed etiam eſt paucis uos quod monitos uoluerim
P rofecto expedi& fabule huic operam dare
N on pertractate facta ē neque item ut cetere
N eque ſpurcidici inſunt uerſus īmemorabiles
h ic neque periuruſ leno eſt nec meretrix mala
N eque miles glorioſus. eſſe ne uereamini
Q uia bellum etholis dixi cū aulidiſ
F oriſ illic extra ſcenam fient proelia
N am hoc pene iniquum comico coragio
C onari de ſubito ntoſ agere tragoediam.
P roin ſi quis pugnam expetat lites contrahat
V alentiorem nactus aduorſarium
S i erit ego faciam ut pugnam inſpectet non bonam
A deo ut ſpectare poſtea omniſ oderit
A beo valete iudiceſ iuſtiſſimi

e-codices
License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2042v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2042v)